

www.e-rara.ch

**Assertiones theologicae scholastico-dogmatico-morales ex universa
theologia selectae ...**

Angehrn, Beda

Typis Principalis Monasterii S. Galli, 1760

Stiftsbibliothek St. Gallen

Shelf Mark: SGST 14028

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-101617>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

305

ASSERTIONES
THEOLOGICÆ
SCHOLASTICO-DOGMATICO-
MORALES

EX UNIVERSA THEOLOGIA SELECTÆ
AC

Publicæ Disputationi expositæ

SUB AUSPICIIS
CELSISSIMI, ac REVERENDISSIMI

S. R. I. PRINCIPIS,
DOMINI, DOMINI
CŒLESTINI II.

PRINCIPALIS MONASTERII S. GAL-
LI, NEC NON EXEMPTI MONASTERII S. JO-
ANNIS IN VALLE THURÆ ABBATIS, REGII ORDINIS B.
VIRGINIS ANNUNTIATÆ EQUITIS, DOMINI, AC
MECOENATIS GRATIOSISSIMI.

P R Æ S I D E

P. BEDA ANGEHRN, Monast. S. Galli Capit. ac
p. t. Ss. Theol. Profess. Ordin.

Defendentibus

RR. RR. FF. EUSEBIO SPETH, & ANTONINO DINGLER,
ejusdem Monast. Prof. ac Ss. Theol. Candidatis.

Die 16. Junii 1760.

CUM LICENTIA SUPERIORUM.

Typis Principalis Monasterii S. GALLI.

292

THE
LIBRARY OF THE
MUSEUM OF
COMPARATIVE ZOOLOGY
AND ANATOMY
OF THE
HARVARD UNIVERSITY
PUBLISHED BY THE
HARVARD UNIVERSITY PRESS
CAMBRIDGE, MASS.
1911

n
e
f
n
t



ASSERTIONES SCHOLASTICO-DOGMATICO- MORALES.

I.

Theologia quoad substantiam sumpta Ecclesiae simpliciter est necessaria.

II.

Quilibet hominum à natura intimè impressam habet cognitionem existentiae Dei.

III.

Hæc propositio : *DEus existit* : est nota per se quoad nos ;

IV.

Adeoque nemo DEum ignorare potest invincibiliter seu positivè, seu negativè.

V.

DEus est unus, nec dantur duæ causæ primæ, quarum una sit boni, altera mali effectrix.

VI.

Prædicatum metaphysicum essentiae divinae est *aseitas*.

VII.

DEus cognoscit futura contingentia absoluta, & libera immediate in seipsis.

)(2

VIII.



VIII.

Cognoscit etiam futura conditionata libera in seipsis per scientiam Mediam.

IX.

Essentia Beatitudinis formalis consistit tam in amore, quam in visione.

X.

Animæ plenè purgatæ post hanc vitam nec ad minimum tempus retardantur à visione Dei.

XI.

Neque contrarium docuit Joannes XXII. etiam ut Doctor privatus.

XII.

Prædestinatio ad gloriam fit post prævisa merita :

XIII.

Reprobatio autem post prævisa demerita.

XIV.

Spiritus Sanctus à Patre, filioque procedit, & si per impossibile à Filio non procederet, ab eo non distingueretur.

XV.

Præter scripturam admittendæ sunt necessariò etiam Traditiones, & quidem infallibilis auctoritatis.

XVI.

De fide est Clementem XIII. esse verum, & legitimum Christi in terris Vicarium.

XVII.

Sola Scriptura non est Judex Controversiarum fidei, sed hic Judex est Ecclesia, seu Ecclesiæ Pastor, Romanus Pontifex.

XVIII.

Pontifex loquens è Cathedra, etiamsi solus sine Concilio, Cardinali-

nalium, Episcoporum, aliorumque Doctorum consultatione aliquid de rebus Fidei definiat, est infallibilis.

XIX.

Nullus hactenus Pontifex definiens à Cathedra erravit.

XX.

Appellatio à summo Pontifice ad Concilium Generale nullò modo est legitima.

XXI.

Quivis fidelis per se, & sub gravi videtur obligatus ad eliciendos actus Fidei, Spei, & Charitatis, saltem semel intra annum.

XXII.

Nullum tamen extat præceptum eliciendi hos actus in instanti physicè primo, aut physicè ultimo vitæ; sed in initio, & fine vitæ moraliter sumpto.

XXIII.

Non licet aliquem invitare ad actum peccaminosum, vg: ad cœnam die jejuniij, qui aliàs cœnare paratus est.

XXIV.

Actus Charitatis non justificat formaliter.

XXV.

Omnis lex, ut sit vera lex, necessariò debet ordinari ad bonum Commune.

XXVI.

Promulgatio est de essentia Legis

XXVII.

Legislator Civilis ampliorem, aut plures habens provincias, pluribus in locis legem suam promulgare debet;

XXVIII.

Leges verò Pontificæ per se sufficienter promulgatæ censentur, si Romæ promulgantur.



XXIX.

Leges Imperatoriæ non obligant, nisi post duos menses à promulgatione; Pontificiæ verò simul ac in curia Romana promulgatæ sunt, vim obligandi habent.

XXX.

Legibus Ecclesiasticis directè imperari, vetari, & puniri possunt actus merè interni.

XXXI.

Omnis lex propriè dicta obligat ad aliquid in Conscientia, adeoque non dantur Leges purè pœnales.

XXXII.

Qui opus præceptum secundùm substantiam implet; etsi non habeat voluntatem implendi præceptum, imò contrariam, tamen satisfacit præcepto.

XXXIII.

Attentio interna necessaria est ad substantiam Orationis, adeoque qui recitat horas Canonicas sine omni attentione interna, præcepto Ecclesiæ non satisfacit.

XXXIV.

Animabus in purgatorio detentis salubris est Vivorum oratio.

XXXV.

Licet & pium est invocare Sanctos;

XXXVI.

Et venerari Eorundem reliquias, Imagines &c. præcipuè Christi.

XXXVII.

Est in Ecclesia potestas conferendi Indulgentias

XXXVIII.

Jejunium & abstinencia à certis cibis Sanctè ab Ecclesia præcipitur.

XXXIX.

Ad jejunium tamen non videntur obligandi Sexagenarij, quibus evidenter non constat de virium suarum sufficientia.

XL.

DEus non est Auctor peccati.

XLI.

Nihil essentiale additur actui interno peccaminoso per actum externum.

XLII.

Non datur actus in individuus indifferens.

XLIII.

Certum est saltem moraliter, à B. V. Maria nunquam contractum esse peccatum originale;

XLIV.

Imò nec debitum illius proximum, sed remotum tantum.

XLV.

Vi præsentis decreti Christus homo factus non esset, si Adam non peccasset.

XLVI.

Licet peccatum mortale simpliciter infinitum non sit;

XLVII.

Nulla tamen pura Creatura pro eo satisfacere condignè potest:

XLVIII.

Satisfecit autem Christus per merita sua, non tamen ex Justitia rigorosa.

XLIX.

Sacramenta novæ Legis producant gratiam ex opere operato, non quidem physicè, sed moraliter.

L.

Aqua in Sacrificio Missæ Vino mixta immediatè vertitur in sanguinem Christi.

LI.

Minister Matrimonij non est Parochus, sed contrahentes.

LII.



LII.

Inter B. V. Mariam, & S. Joseph verum fuit Matrimonium.

LIII.

Clerici sunt Domini reddituum superfluatorum.

LIV.

Tenentur tamen sub gravi ad pias causas eosdem expendere;

LV.

Non est obligatio res inventas erogare in pias causas, si post adhibitam sufficientem inquisitionem Dominus non compareat.

LVI.

Præscriptio etiam in foro conscientiae locum habet.

LVII.

Emptor bonæ fidei potest rem furi, à quo eam emit, reddere ad recuperandum pretium suum, si illud alio modo obtinere non valeat.

LVIII.

Emptio Censûs tam personalis, quàm realis est licita.

LIX.

Filiusfamilias ex mutuo nec civiliter, nec naturaliter obligatur.

LX.

Testamentum carens solemnitatibus à jure præscriptis, nullum est pro utrôque foro.

U. I. O. G. D.